



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXIX. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Osvaldus Episcopus templum Deiparæ conditurus à Dæmone impediabatur : quæ Ethiopis specie lapidi insidens , octuaginta hominum vires elusit, ne lapidem loco movere possent; donec precibus ad Deiparam effusis Osvaldus Dæmonem fugavit, & lapis facili conatu templi fabricæ accomodatus est. *Nad.* Fæcundior censu est thesaurus, qui sic dilapidatur.

S. Osvalde audi preces meas, ut Mariano fretus auxilio omnem lapidem offensionis, & petram scandali, quam in via salutis Dæmon opponere mihi laborat, amoveam; ejus ope fiant prava in directa & aspera in vias planas; sicq; securo tramite in viam vitæ decurram. O Sanctissima DEI, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: negotia mea hodie peragenda amulæti loco contra Diaboli infestationes Deiparæ invocatione præmuniam.

Magnum est à quolibet sancto, quando habet tantum de gratia, quod sufficit ad salutem multorum; sed quando haberet, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de mundo, hoc esset maximum & hoc est in B. Virgine.

*S. Thom. Opus. 4.*

Quæstio: Utrum in laudanda & amanda B. V. possit modus excedi? *v. Barri annum Mar. p. 2. c. 1.*

I. MAR-